



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

32. Res minoris aestimantur ratione oneris illis injuncti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

32 munitate clericorum, de quorum interesse
 agit, ¶ quia ratione oneris collectandi
 inuncti res minoris æstimationis efficitur,
 gloss. fin. in l. generali, §. final. ff. de usu-
 fruct. leg. & Olasch. dict. decis. 83. num.
 9. Consuetudo enim inducta contra colo-
 nos laicorum, non extenditur ad colonos
 privilegiatos bonorum ecclesiasticorum,
 nec consuetudo vigens in una regione ex-
 tendi potest ad alias regiones, in quibus
 non viget talis consuetudo: cap. 1. ubi
 Abb. & alii de consuet. Bart. in l. post dotem.
 num. 30. ff. sol. matr. Burlat. post Rip.
 Corn. & alios in consil. 311. num. 7. lib. 3.
 Honded. consil. 101. num. 38. vol. 1. Far-
 nac. in prax. crim. de Inquis. cap. 8. num.
 132. vers. & licet e contra & Covar. pract.
 quæst. cap. 31. num. 5. vers. secundò ex præ-
 missa resolutione.
 33 Idèò, cum colentes ¶ bona ecclesiasti-
 ca gaudeant privilegio dominorum, non
 principaliter propter se, sed favore eccle-
 siasticarum personarum. Concil. Tolet.
 relatum. in cap. Ecclesiarum. 12. quæst. 2.
 & Bald. in l. 2. num. 2. C. de Episc. & cler.
 cum aliis supra deductis; & ecclesiasticis per-
 sonis, quæ privilegium immunitatis ha-
 bent à Deo, Pontificibus, & imperatori-
 bus, dicta consuetudo esset præjudicialis,
 non afficit ipsorum colonos, qui domi-
 norum privilegium sortiuntur, cum ex sub-
 jectione usus colonorum dominis incom-
 modior redderetur, ut declarat Oldrad.
 consilio 299. num. 5. vers. potest & alia.
 Tum si privilegiis imperialibus est paren-
 dum, quanto magis Deo dominatori uni-
 versæ creature, ad ea, quæ jussit sine du-
 bitatione est obtemperandum. cap. qua
 contra. & ibi gloss. in verb. sicut. §. di-
 stinct.

Consuetudines enim, ¶ seu statuta se-
 cularium contra privilegia clericorum
 non ligant clericos. auth. cass. C. de sa-
 crofanct. Eccles. cap. 1. 10. distin. cap. qua
 in Ecclesiarum. de constit. Bar. in repet. l.
 de quibus. num. 30 ff. de leg. & ibi Jal.
 num. 1. Idem Bar. in l. 1. num. 27. & 28.
 C. de summ. Trinit. & fide Cathol. Abb. in
 cap. cum causa. num. 4. de sentent. & re-
 jud. & Felyn. in cap. ecclesia s. Maria n. 8.
 vers. sed contra Bart. de constit. Compel-
 lentes autem colonos clericorum ¶ pro
 colonia, seu traffico factò super massari-
 tiis, & prædiis ecclesiasticis incurunt ipso
 factò excommunicationis sententiam in
 Bulla Cœnæ Domini contentam; quia in-
 directe ab ecclesiasticis extorquent; & est
 casus supra comprehensus, ibi: Necnon,
 qui per se, vel alium, seu alios directe, vel
 indirecte prædicta facere, &c. Navar. d.
 cap. 27. num. 71. & in consil. 32. num. 4. &
 5. de sentent. excommunic. quia quicquid exi-
 gitur à colonis ecclesiasticorum bonorum
 prædicta colonia, seu traffico in præjudi-
 cium, & gravamen personarum ecclesia-
 sticarum, quæ colonos cum majori earum
 incommodo, dispendio, & gravamine
 conducunt, percipiunt, contra dictæ Bul-
 læ, & sacrorum canonum dispositionem;
 unde coloni, qui persolvere coguntur, à
 dominis repetere possunt. Bald. in l. 1. n.
 10. C. de jur. emphyt. Alexand. in consil. 35.
 num. 12. lib. 4. & consil. 4. num. 3. lib. 5.
 quia in fraudem legis, & odium clerico-
 rum indebite gravarentur, ut tenet Bart.
 in l. plasset. num. 62. & 63. C. de sacrosan-
 ct. Eccles. Ac ulterius aded sunt bona eccle-
 siarum exempta, quod præter pœnas ab
 antiquis canonibus, & Bulla Cœnæ Do-
 mini inflictas, qui alicujus ecclesiæ, seu
 cujusvis